

Index Decretorum Synodi R^m.

Bauer anno 1611. =

ne non aliquas coniunctionis iuris

= ad rem faciendum =

Professio fidei ——— fol. 6-

Decretum ~~de~~ examinatoribus in synodo
clericis ad examen eorum qui se vacan-
tibus ecclesiis oprosuerint — fol. 1.

Nomina Iesu Christi rebus sacris
reverentia exhibentur — fol. 12.

In sacrificio missae vinum album
administretur ——— fol. 12. v.

In sacrificio missae etem ceremonie
et ritalia eadem in omnibus ecclae-
siis obseruantur ——— fol. 13.

Parochi diebus dominicis et festis et
aliis diebus pro populo celebrantur. — fol. 13. v.

In priuatis oratoriis Decenter ornatis
et vibratis, certis rebus exceptis
missas celebrare liceat — fol. 7.

XV Parochi tempore quadraginta confessa-
rios extatos adducant — fol. 15

Predicotorum electio Simultanea
sit — fol. 15. r.

XVI A choro arcenur omnes cuius nisi a
vellore approbentur — fol. 16.

XVII Distribucio terra vñctionis tempora-
tur — fol. 16. r.

Op'ria Divina deuote persoluant
tur — fol. 17.

XVIII In vñctionibus eadem pulsatur
campana — fol. 18.

XIX Paraenesis ad iuratos huius ciuitatis
et ad tributorum exactores ne per-
mitant clericos a suis ministris
in franchiis exigendis contume-
liose tractari vel defraudari — fol. 18. r.

~~Parochi plebem institutione et doctrinam
christianum vocamusna docereant~~

~~Ne caput nocte habecatur~~ — fol. 19. v.
Ne caput nocte habecatur — fol. 20. r.

Bifida ~~maritima~~ vulgo ~~detinere~~ et
~~andulima~~ numquam ~~preferuisse~~
tur ————— fol. 21.

+ Remini meat adire oratoria invita
ta causa celebrando nisi tres sa
cerdotes relinquantur sacerdotium
tur — auto n. 3 707.21.7.

Cucharista seu viatum ~~notitiae~~, vel ho
ris someritatis, nisi urgente ne
cessitate non abstrahatur ab eule
fia. fol. 21.

*Pro miserabilibus perfidis subterraneis
dis orientis elemosina petatis? fol. 23*

Vicarij temporanei doctoratus vel

renuntiatura gradu insignitj omni by
beneficiatis loco precedant. Vno excep
to antiquitate. — fol. 23. v.

Vicarii temporare non beneficis ad dis
tribuiciones admittantur ut substitu
ti. — fol. 23. v.

In generalibus funeribus regat portio.
tributatur fratibus ac levius. — fol. 24

+ Si malicie eludent favos in iure
sepultura parochiani; taxatores
id compondant iusta deputando. — 24. v.

Lix. conficiatur in suo legato biales
vibrantur et ex que intra tem
pus non smortizata fuerint ad
est nos transmittantur. — fol. 25.

Nunq curia celestatis in cibis
altis officiales non exerceant. — fol. 25. v.

Nemo ad distributiones admittatur qui
non offendavit his beneficiis instituto.

nem collationem professionem annos
que redditus — fol. 25. v.

Opima legata pia denuncientur. fol. 26.

Ut pia testatorum voluntates adimpla-
antur multa precepiuntur — fol. 27. v.

Cerro ne mulieres committentur — fol. 28. v.

Nisi testamentaria procurari
sunt modi et non alii tribu-
tur — fol. 28. v.

Qui diuinis conservatj sunt a negotiis
secularibus abstineant — fol. 29. v.

Aliorum tamen etiam occidit — fol. 29. v.

Recipiat tamen urgente trahit sic
confessiones in domibus privatis audire
nunquam autem comunicare — fol. 30.

Nemo mentem luxuriam domi habeat

Nemo ad administrationem sacramentorum
admittat nisi adscriptam adferat licenci-
am — fol. 30.

Quando confessores vel medicatores ad nostra
diocesim redeunt a qua ter magnu-
mum absecuntur liberat dimidiorum
offerantur et iterum examinentur. — fol. 31.

Ad distribuiones admissi in nostra visita-
cionē ad aduentia tantum domini
hi censentur — ad missam fol. 32.

Aggravantur in expulsione ante cele-
brationem matrimonij scelos et
talibus impietis se attrectu-
mine — ad missam fol. 32.

Ad iurates tria satis concilijs triden-
tium celebrando matrimonio pre-
ponantur — ad missam fol. 33.

Agnes referuntur — ad missam fol. 34
bolla in cera domini — fol. 35.

... ad missam fol. 36.

Epis. n. 100. quis in modo statuta facere posset
c. qd. in gratia de maior et sed. c. ex
ore b. povo. de primis. c. licet de off. or.
6.2. vti glo. vti. statuto. et iuramento de constitui.
Bald. m. g. p. modus officiis. Panor.
m. c. fm. de fidei. Bala. et iuramento
de omni. m. qd. qd. qd. qd. qd. qd. qd. qd. qd.
5.0. vti. vti. vti. vti. vti. vti. vti. vti. vti.

Epis. n. 104. ait pofte epum facere statuta
confessioia c. tubini. qd. contra iuris
contra iuris. quia tunc ex. visib. confie
tubini. valebunt talia statuta. forin
long. 145. circa primu vol. 2. vol. 1.

n. 106. ait qd. epis. posse facere statu
ta. contra confessioia. ita jua. And.
m. reg. qd. oes. de regul. iii. m. 6. vlo
q. epis. bonis m. c. in omnes de constitui.
Panor. m. c. cum audienciam deder. n.

recedent facie. causa aer. de confitu.
vbi felis. et leui regim filii m. qd
sup his de maior. et dicit.

O amplexus in fratre offensu 3^o gus
Iosey regis hys complexus capituli lignor
mobiliter levigata paret pnum statutum
Mare, hi vallenendo me praeiungam
patrum eute ag. m. statos m. o. 2.
de confitu. lib. 6. facit g. suis
Panor. cony. 67. epus Glanu.
1. g. felis. 80. c. cum oee col. 4.
O amplexus. est in fratrib.
o confitu.

to. 13. p. 2. form 393 = avans


Pux. in pnt comulg. verb. statut. con
luy. 432. sic statutum prouinciale
epos et archiep. contra hys circa
pristina adules ^{am} ^{gen} - iuris - vallet
non voratis luy. Et ^{am} ^{gen} in
comulg. 432. sic qd statutus co fene-

epi, sunt parvi poenit. in tantum
time fere. ligat subditus in omni foro,
via et statu.

qd limitat qd statu prouidet toti Josephi
et idem ligat peregrinos et alios in diecepsim
non ligat autem subditos contra diecepsim.
ice pale statu nō floret episcopum cari
subditus extra diecepsim delinqvunt qd

... a juntar
... a ...
... a ...
... a ...
... a ...






(c) 2006 Ministerio de Cultura



SYNODVS
DIOECESA.

NA MAIORI-
CENSIS.

Celebrata, Præside Illustriſſimo, ac Reuerē-
diſſimo Dño D. F. Simone Bausa, Dei, &
Apostolicæ Sedis gratia, Episcopo
Maioriceñ. Anno. 1611.



Maioricis, Typis Gabrielis Guasp. 1611.

AD LECTOREM.

EX QVO, ad onus Pastorale as-
sumti sumus; in eam curam incū-
bimus, ut armentum Dominicum
nobis commissum, salubriter quan-
tum in nobis est, pro officij dignitate pascamus;
non solum verbis, ut potè crebris ad populum ba-
biis concionibus; sed etiam quod nostri mune-
mis est Pastoralis, diligenter excubando, conti-
nēter in uigilando, eiq; sedulò attendendo. Ete-
nim ubi primum attenta mentis acie circunspi-
cere cœpimus prouinciam nostris humeris iæpa-
rem; sedulò animaduertendum esse duximus,
ne antiquissimus humani generis hostis, ziza-
nia in agro Dominico seminaret; neue corrupti-
bominum mores ita inualerent, ut aliquo si-
jen jecanaa, seminanda uia. Quia cum assi-
due animo menteq; versaremus, nihil commo-
dius, gregiq; utilius iudicauimus, quam cum
visitare, cognoscere, sermone cōpellare blando,
sicq; vehementer eum, in Domino ad virtutem,
Deiq; cultum bortari. Hoc enim magnū gregi
emolumentum allaturum duximus; bincq; &
agro Dominico frugem speramus, si ita Domi-
nicum aruum excolatur, & pro rescinden-
dis,

AD LECTOREM.

dis, euellendisq; impietatis herbis hoc unum singularē aratrum; uomisq; utrinq; acutus ad- bibeatur. Dei bonitati acceptum referamus; exitus, & euentus cogitata comprobarunt: tres tantum abierant menses aduentus nostri ad banc insulam; cum cogitata opere adimplere cepimus, non infirma deterriti valetudine, neq; vehementi raucedine, qua grauiter affecti, vix voces efformare poteramus; non Solis ardore, non autumnali inclemētia; nec saeva hieme. His enim contineri non potuimus, quin banc nostrā Insulam non peragraremus, & tandem eorum compotes facti sumus, que desiderabamus. Sed bone Deus, quanta inuenta sunt inulta. Extin- c̄tus ferè charitatis ardor; exterminata in de- c̄m̄t̄ sp̄etas; lassa in pauperes diligētia; mores
c̄. mutti, ac depravati; contractus vitiati, ac su- specti, oculum pectorum cura ac diuigenia; pa- rum exercitata in Deum, & sanctos religio. Quę dum vidimus consternati animi cecidi- mus, & intrinsecus animi dolore affecti, de re- medijs efficacioribus cepimus cogitare; & post varia, in eam incidimus animi deliberationē, ut peritissimos quoque medicos, qui nunquam lethargo, aut alio graui morbo laborantibus medicinam faciunt, nisi prius sententiam inui- cem

cem conferant, & eorum iudicia explorent, qui
diuturno rerum usu edoceti pharmaca præstan-
tiora, & antidota salubriora morbis valeant
applicare, imitemur; huic scopo attentes Sy-
nodum indiximus, & coegimus, ut in unum
sic coactis viris grauissimis, & re ad calculos
redacta, remedia aptiora decernamus, quæ re-
formandis hominum moribus conuenientiora;
& ilorum vite bene, sanctèque instituendæ
ac modaniora videbimus. Hæc si fecerimus
(quod Deo auspice præstabimus) ab agro Do-
minico malas herbas euellamus, torpore animi,
& desidiam pellemus, vinebunt Dominica pra-
ta, & perfuncti censemur officio nostro. Hac
igitur ductiratione, Synodum indiximus, pro-
batissimos quoque nostræ diæcesis viros, & sa-
pientissimos conuocari præcepimus; ut eorum
opus, cura, caru... iem-
pore occurrere valeamus.

INDI ab

A 3

INDICTIO SYNODI.

NOS Don Frater Simon
Bauça, Dei, & Apostoli-
cæ Sedis gratia Episco-
pus Maioricen. & de Consilio
suæ Maiestatis Catholicæ, &c.
Admodum Nobilibus, Reueren-
dis, ac Venerabilibus, in Christo
dilectis minoribus Preclaris, Illu-
stri Capitulo, Dignitatibus, Ca-
nicis, Præpositis, ac aliarum
parochialium reueredis Recto-
ribus, Prioribus, Vicarijs perpe-
tuis, Presbyteris curam animarū
exercentibus, ad quos pertinet
de iure Synodo interesse, ac vni-
versis, & singulis admodum illu-
stribus

stribus Iuratis Ciuitatum, Oppi
dorū, Locorū istius nostri Epi-
scopatus, ceterisq. singularibus
personis, quorum præsens nego-
cium interest, & spectat, salutem
in Domino. Cum per sancta Sa-
cri Concilij Tridentini decreta,
ac sanctorū Patrū statuta, & per
facros canones dispositum sit, &
ordinatum, quemlibet Episco-
pum in sua Dioecesi ad terminā-
dum causas Ecclesiasticas, ac eas
ordinādum, & ad dirimendum,
& dissoluendum controuersias,
que inter personas Ecclesiasticas
interueniunt, ac etiam pro corri-
gendi excessibus, & moribus re-
formandis, ac pro alijs rebus, &

INDICTIO
negocijs Christi Saluatoris no-
stri, & Diuini cultus incremētū,
totiusque Cleri, & plebis hone-
statē, & reformationem, bonūq.
statum, concernentibus, pertra-
ctandis, statuendis, & ordinādis,
singulis annis Synodū cōgrega-
re, & celebrare teneri: ideo vos
omnes, & singulos monemus,
hortamur, & obsecram⁹ vobisq.
in virtute sancte obedientiæ pre-
cipimus, sub pænis. à jure sanc-
tis, ut poitea qua has litteras No-
stras receperitis, vos ipsi, seu pro-
curatores vestri, (si vos, vel infir-
mitas, vel aliud quoduis legitи-
mum impedimentū detinuerit,
& ad veniendum, & assistendum
reddat

reddat inhabiles,) accedatis ad nostrā Cathedralem Ecclesiam, Dominica Sexagesimę, quę erit dies 6. mensis Februarij proximè venturi, vt Deo auspice, eiusque implorato auxilio maturo consilio peragenda tractemus; præcipue de causis ad Ecclesiam spētantibus, de Diuini cultus incremente: de excessibus propulsandis, & exterminandis abusibus: dando, & concedendo cuilibet, (prout de jure datur,) vt pro sua sponte proponat, & proponere possit quicquid sibi visum fuerit, aut statuendum, aut opportuno remedio curādum, aut demū c' medio tollendum, & radicitus

INDICTIO
cuellendum; alioquin vestra nō
obstante absentia,& accusata cō
tumacia, ad celebrationem præ-
dictæ Synodi, vt iuris fuerit, pro-
cedemus. Datum Maioricis in
in Episcopali Palatio, die quinta
mensis Ianuarij anno à Natiuita-
te Domini Millefimo Sexcento-
simo Vndecimo.

¶ Et ipsis die, & anno, per unum ex
venerabilibus nostris Cathedralis
Ecclesiae Hebdomadarijs in Sug-
gesto fuerunt præsentes litera publica-
ta & Transumta multa transmis-
sa, per diuersos Nuncios, seu Curso-
res, ad Parochos foraneos: que in
unaquaque, eorum Parochiali Ec-
clesia

clesiæ respectuè, post illarum publicationem in Ecclesia Valuis affixa fuere, ne per quempiam illorum ignorantia prætendi valeret.

ACTIO PRIMA.

PROFESSIO FIDEI.



IN NOMINE SAN-
ctæ, & Individuæ Trini-
tatis, Paris, Filii, & Spiri-
tus Sancti. Nos Dō Frater Simō
Bauça Episcopus Maioricensis,
Diæcesanæ Synodo præsidens,
quā sub Sanctiss. & Beatiss. Dño
nostro Paulo Papa Quinto, eius
Pontificatus anno septimo, Reg-
nante

ACTIO

nāte inuictissimo, ac Catholico
Rege Philippo Maximo, Pacifi-
co, Fidei propugnatore, huius
nominis tertios; eius regni anno
decimo tertio: considerantes Fi-
dem fundāmentum esse omniū
bonorum operum, sine qua totū
aedificiū spirituale corruere, ne-
cessē est, exemplo etiam Patrum,
qui in principio suārum actionū
Sacrosandtam Fidem profiteri
consueuerunt, Fidei professionē
antequam de re aliqua sermo à
nobis suscipiatur præmittendā
esse decernimus, atque præmitti-
mus; ea forma, ac verbis, quibus
in literis Sāctissimi Domini No-
stri Pij Quarti prescripta fuit, sic
ipsam

igitur, hæc nostra Synodus fidē
ipsam toto animo, ex intimis
cordis sui visceribus profitetur.

CREDO in vnum Deum,
Patrem omnipotentem,
factorem cæli, & terræ,
visibilem, omnium, & inuisibili-
hum. Et in vnum Dominum Ie-
sum Christum; filium Dei uni-
genitum, & ex Patre natum ante
omnia sæcula; Deum de Deo;
lumen de lumine; Deum verum,
de Deo vero, genitum nōn factū
consubstantialem Patri, per quē
omnia facta sunt. Qui propter
nos homines, & propter nostrā
salutem descendit de cælis, & in-
carnatus est de Spiritu Sācto, ex

Maria

0.3022

ACTIO

Maria Virginc; *Et homo factus est.* Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato; passus, & sepultus est; & resurrexit tertia die, secundum scripturas; & ascendit in cælum; sedet ad dextram Patris; & iterum venturus est cum gloria, iudicare viuos, & mortuos; cuius Regni non erit finis; & in Spiritu sanctum, Dominū, & viuificantem; qui ex Patre, Filioque procedit: qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur; qui locutus est per Prophetas: & vnam, sanctam, catholicam, & Apostolicā Ecclesiā. Cōfiteor vnum baptisma, in remissionem peccatorum. Et
expesto

PRIMA.

expecto resurrectionē mortuorum; & vitā venturi seculi, Amē.
Apostolicas , & Ecclesiasticas traditiones: reliquásque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ obseruationes, & Constitutiones firmissimè admittit,& amplectitur.

ITEM, Sacram Scripturam juxta cum sensum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia ; cuius est judicare de verō ientu,& interpretatione Sacratum scripturarum, admittit: Nec eam umquam , nisi juxta unanimum consensum Patrum accipiet,& interpretabitur. Profiteretur quoquè, septem esse verè, & pro-

ACTIO
& propriè Sacra menta nouæ le-
gis: à Iesu Christo Domino No-
stro instituta: atquè ad salutem
humani generis (licet non om-
nia : singulis necessaria) scilicet
Baptismum, Confirmationem,
Eucharistiam, Pœnitentiam, Ex-
tremam vunctionem , Ordinem,
& Matrimonium: Illaque gratia
conferre , & ex his Baptismum,
Confirmationem, & Ordinem,
sine sacrilegio reiterari non pos-
se.

RECEPTOS quoque, et
approbatos Ecclesiæ ca-
tholicæ ritus, in supradi-
ctorum omnium sacramentorū
solēni administratione recipit,
& ad-

& admittit. Omnia, & singula,
qua^t de peccato Originali, & de
Iustificatione , in Sacrosancta
Synodo Tridētina, definita, & de-
clarata fuerunt; amplectitur, &
recipit.

Profitetur pariter; in Missa of-
ferri Deo, verum, proprium, &
propitiatorium Sacrificium, pro
viuis, & defunctis: atque in San-
ctissimo Eucharisti^q Sacraumen-
to, esse vere, realiter, & substan-
tialiter, corpus, & sanguinem,
vnā cū anima, & Diuinitate Do-
mini Nostri Iesu Christi: fieriq;
conuersionem totius substantiæ
panis, in corpus; & totius substâ-
tiæ vini, in sanguinem. Quam

ACTIO
conuersionem, catholica Eccle-
sia Transsubstantiationē appel-
lat.

Fatetur etiam, sub altera tan-
tum specie, totū, atque integrū
Christum, verumque Sacramē-
tum sumi.

Cōstanter tenet, Purgatoriū
esse; animasque ibi detentas, fi-
delium suffragijs iuuari.

Similiter; & Sanctos, vna cū
Christo regnantes, venerandos,
atque inuocandos esse; eōsque,
orationes, Deo, pro nobis offer-
re: atque eorum reliquias, esse
venerandas.

Firmiter asserit; imagines
Christi, & Deiparæ semper Vir-
ginis

ginis, nec non aliorum Sanctorum, habendas, & retinendas esse; atque eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam.

Indulgentiarum etiam potestatem, à Christo, in Ecclesia relictam fuisse; illarumque usum, Christiano populo maximè salutarem esse affirmat.

Sacram, Catholicam, & Apostolicam, Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum matrem, & magistrā, agnoscit. Romanoque Pontifici, Beati Petri, Apostolorum Principis, successori, ac Iesu Christi Vicario, veram obedientiam spondet, ac jurat.

Cetera item omnia, à Sacris

ACTIO

canonibus, et Oecumenicis Cō
cilijs, ac præcipue, à Sacrofanocto
Cōcilio Tridentino tradita, de-
finita, & declarata, indubitan-
ter recipit, atque profitetur. Si-
mulque, contraria omnia, atque
hæreses quascunq[ue], ab Ecclesia
damnatas, rejectas, & anathe-
matizatas, hæc Synodus pariter
dānat, rejicit, & anathematizat.
Hanc verò catholicā fidem, ex-
tra quā nemo saluus esse potest;
quam in presenti sponte profite-
tur; & veraciter tenet; eamdem
integram, & inuiolatam usque
ad extremum vitæ spiritum, cō-
stantissimè, Deo adjuuante, reti-
nere, & cōfiteri; atquè à suis sub-
ditis

ditis, seu ab illis, quorum cura
ad ipsam spectabit: teneri, do-
ceri, & prædicari, quantum in
ipsa erit; curabit.

*DECRETVM DE EXA
minatoribus, in Synodo electis, ad
exameneorum, qui se vacan-
tibus Ecclesiis oppo-
suerint.*

DECRETO Sacri Con-
cilij Tridentini obtem-
perâtes, examini illorum,
qui vacâtibus Ecclesijs Parochia-
libus se opposuerint; hos trede-
cim Doctores deputam', quorū
nomina sunt hæc:

ACTIO 32

Guilbelmus Cuslurer, Praeceptor, & Doctor
Theologus.

Raphaël Alberti, Canonicus, & Doctor Theo-
logus.

Antonius Gil, Canonicus, & Doctor Theologus.

Petrus Enseñat, Canonicus, & Doctor Theo-
logus.

Antonius Gual, Canonicus, & Doctor Theolo-
gus.

Hieronymus Callar, Canonicus, & Doctor
Theologus.

Barptolem̄us Lull, Canonicus, et Doctor Theo-
logus.

Hieronymus Valles, Doctor Theologus.

Petrus Socies, Doctor Theologus.

Natalis Sanctandreu, doctor Theologus.

Frater Peirus Febrer, Doctor Theologus.

Prior ~~Sancti Iacobi~~, qui pro tempore erit.

Custos Sancti Francisci, qui pro tempore erit.

Causis Ecclesiasticis, & spiri-
tibus, ad forum Ecclesiasticū
pertinētibus, in partibus, à San-
cta Sede Apostolica, & ab ejus

Nun-

Nuncijs, seu Legatis, commit-
tendis, juxta Sacri Concilij Tri-
dētini dispositionem, Iudices, in
hac nostra diœcesi (Synodo ap-
probante) infra scripti desig-
nantur.

*Hieronymus Forteza, Decanus, & Canonicus.
Hieronymus Forteza, Thesaurarius, & Cano-
nicus,
Petrus Onufrius Veri, Canonicus, Iuris utrius-
que Doctor.*

*Lucianus Nadal, Canonicus, Iuris utriusque
Doctor.*

ACTIO SECUNDA.

*NOMINI IESV, ET
alijs rebus sacris, reverentia
exhibeat.*

IN

ACTIO

Nomine Iesu omne genu flectatur
celestium, terrestrium, & inferorum.

Præcipimus igitur, & mandamus (ita
consentiente Synodo) omnibus, & singu-
lis cuiuscunque conditionis personis; vt
summa reverentia hoc sanctissimum no-
men proferant; & ea audito, cordis genua
flestant; & caput deuotè inclinent: præser-
tim, dum Diuina persoluuntur Officia. Si-
mili modo assurgendum esse illis verbis
aperto capite, illoque profundè inclinato,
mandamus: *Qui, cum Patre, & Filio
simul adoratur, & conglorificatur.* Paricul-
tu cantanda esse illa verba psalmi. 112.
*Sit nomē Domini benedictum: ex hoc nunc, &
usque in seculum, duximus. Quæ omnia, vt
religiose fiant, omnes in Domino horta-
mur.*

*In Sacrificio Missæ, vinum album
administretur.*

CVM Sacrosanctum Altaris Sacri-
ficium, in quo fons omnis sancti-
tatis, & nitoris retinetur; minus
decen-

videlicet peragatur, dum vinum rubrum consecratur; cum sic, mundities altaris vix conferuari possit; ideo hortamur omnes hujus dioecesis presbyteros, ut post hac, vino albo in celebratione Missarum utatur. Osculum autem facis, in Missis priuatis deferri personis laicis, prohibitus.

I N S A C R I F I C I O M I S-
se peragendo, eadem ceremonia,
& ritualia eadem in omni-
bus Ecclesii obser-
uentur.

VIT in Missarum priuatarum celebrazione, unus, idemque notus in tota dioecesi seruetur; præcipimus (ita annuente Synodo) ut rituum Missæ, & ceremoniarum liber, juxta formam, à Sanctissimo Domino Nostro Papa Cleméte Octauo præscriptam; à nobis edendus, ab omnibus, tam Dignitatibus, Canonicis, Rectoribus, Hebdomadarijs, quam ceteris clericis, tam in Cathedralibus, quam Parochia-

chialibus Ecclesijs, recipiatur, & obser-
uetur.

*PAROCHI; DIEBUS
Dominicis, & festis, & alijs
diebus, pro populo
celebrent.*

CVM ab antecessorib' nostris, mul-
tos Parochos inuenerimus, ab o-
nere celebrandi Missam pro po-
pulo liberatos: quorum Parochiales pin-
gues sunt; alios verò, pro eo celebrantes:
& nulla hanc de re lex certa stabilita inue-
niatur: ne de cetero ullus perturbationi
locus relinquatur, statuimus, ut omnes Re-
tores, vel Curati, quorum interest cura
animatorum; singulis Dominicis, & festis
diebus pro populo celebrēt. Ceteris etiam
diebus, eos in Domino hortamur, & mo-
nemus, (eorum cōscientiā in hoc oneran-
tes) vt pro populo, & pro ejus necessitati-
bus, tam spiritualibus, quam temporalibus,
deuote, celebrent, idque tam frequenter;
vt suo

yt suomuneri satisfaciant.

D. RAIMUNDI A

*peña fort festus dies, inter
colendos refertur.*

VIT pro nobis intercedere dignen-
tur Sancti Dei in Cælis; justum est,
vt eorum memoriam recolamus
in terris; eorum maxime, qui cum majori-
bus nostris degerunt; & de eis bene meriti
sunt. Cùm igitur Diuus Raimūdus à peña
fort, ordinis Prædicatorum, natione catha-
lanus, in hoc nostro Regno commoratus
sit: & in eo magna miracula patrarit (vt
majorum docet traditio, rationi cōsonum)
erit, felixque, & faustum; si tanto Patrono
res noſras, nostramque salutem commi-
ſerimus. Quod commodius, deuotiusque
ſiet; ſi in ipſius die festo, à negocijs ferie-
mur. Quare, præcipimus omnibus huius
Diœcesis personis, vt ejus diem festū, (qui
ſepmo Ianuarij celebratur) omnes colāt.

DIES

ACTIO
DIES FESTVS BEA-
tae Mariae Virginis de Monte
Carmelo, colatur.

GRAVISSIMI viri, Religiosi-
que Patres Carmelitanę obser-
uantię, à nobis, nostráque Syno-
do supplices postularunt, vt diem festum
Beatę Marię Virginis de Monte Carmelo,
in illorum numerum referamus, qui colū-
tur. Cum igitur obseruauerimus, hác de-
uotionem Beatæ Virginis, altis radicibus,
in omnium cordibus defixam esse; et om-
nibus gratissimam (de assensu Synodi) in-
ter dies festos colendos eumdem admitti-
mus: ac coli die 16. Iulij præcipimus.

IN PRIVATIS ORA-
torijs, decenter ornatis, & visi-
tatis, certis diebus exceptis,
Missas celebrare
liceat.

IN

IN priuatis oratorijs, bēne coastructis,
decenter ornatis, & á nobis visitatis,
de nostra licentia, licitum sit Missas
celebrare: exceptis Dominicis diebus Ad-
uentus, Quadragesimæ, diebus Natiuitatis
Domini, Paschæ Resurrectionis, Penteco-
stes, quatuor festiuitatibus virginis Mariæ,
videlicet Purificationis, Annunciationis, Af-
sumptionis, & Cōceptionis; Corporis Chri-
sti, & Omnitum Sanctorum. Curet autem
ibi celebrans, dies festiuos, jejunia, & alia
munera spiritalia obeunda, populo clare,
& distincte nunciare doctrinamque Chri-
stianam, materna voce, rudibus, & ignarioris
recitare. Dictis non parens, punietur; & li-
centiam celebrandi in tali loco eo ipso sus-
pendimus.

P A R O C H I , T E M P O-
re Quadragesima, confessa-
rios exterios adducant.

NITEMO est, qui ignoret, quanto
studio Parochi incūbere debeat
administrationi Sacramenti Pœ-
nitentiæ

A C T I O 3

nitentia; eo potissimum tempore, quo fi-
deles peccata sua confiteri debent. Pre-
cipimus igitur, & mandamus omnibus no-
stræ dioecesis Parochis (quo, vel sic, timidis
conscientijs, & verecundis consulamus)
vt Quadragesimali tempore, vnum, aut
duos adducant exterios confessarios, con-
fessionibus audiendis addictos. Idque, eo
tempore Quadragesimæ fiat, quo popu-
lus numerosior, & frequentior, ad hoc Sa-
cramentum suspiciendum solet cōuenire.
Quod, expensis Rectoris fiat. Curēt etiam,
tempore Aduentus, Natiuitatis, Pentecō-
stes: in octaua Corporis Christi, Assum-
tionis Beatæ Mariæ, & Omnia in Sæctorū,
suos parochianos magno animi affectu
admonere, vt se ad confessionem peccato-
rum præparent; & ad Eucharistia pércep-
tionem: vt, frequenti Sacramētorum per-
ceptione, has solemnitates celebrent: ad id
conuocatis, & adductis, si opus erit; alijs
confessari.

P R A E D I C A T O R V M
electio, simultanea sit.

I N

IN Ecclesijs Parochialibus, quādo Re-
ctores, & Iurati, de Predicatore eligen-
do conuenerint ; vt jurgiorum causa
cesset; hic erit præscriptus modus, pro lege
seruandus. Quando voto Rectoris accedet
vnus ex Iuratis ; ceteris dissentientibus;
electio Rectoris præualeat. Si autem ei nul-
lus assenserit ; sed omnes Iurati vnius fue-
rint voti; vel diuersorum; & Rector dissen-
tiens ; tunc, vota vtrinque paria censean-
tur. Et eam partem alteri præferendā esse
volumus; cui Prælatus, ad quem res deuol-
uitur; adhæserit. Aliter tamē in ciuitate ser-
uetur: in qua, vocato semper Rectore, illius
electio suum effectum fortietur, quæ plu-
ribus suffragijs juuabitur. Vbi vero cōper-
tum fuerit, totam alimoniam, & caritatē
persoluere Iuratos: tunc, electio, ad Iuratos
pertineat: vocato ad id Rectore: illaque
electio præualeat, quæ pluribus suffragijs
facta fuerit.

A C H O R O A R C E N-
turomnes laici: nisi à Rectore
approbentur.

LAI-

ACTIO

IAICOS, sub excommunicationis
pæna, a choro rejicimus: cùm hæc
loca, sacris ministris, & ministeriis
addicta sint: nec a secularibus debeant
occupari. Illos tamen excipimus, quos Re-
ctor deputabit; & qui ipsum modulata vo-
ce juuare possint; & viri honestæ conuer-
sationis extiterint.

DISTRIBVTIO SA. *cra vntionis temperatur:*

DECECT Christi Sacerdotes, quos
ceteris vitæ exemplo prælucere o-
portet; cù omni vacare vitio; tum
maximè avaritia. Quod, etsi in omnibus
vitæ humanæ negotijs vehementer expe-
diat; præcipue tamen in Sacramentorum
administratione. Quamuis enim submini-
stranda sint clericis temporalia, ab ijs qui-
bus ipsi spiritualia seminant: ceterum, ita
temperate, & sobrie; vt omnis quæstus su-
spicio procul pellatur. Quo circa, obuen-
tiones, quæ clericis tribuuntur in admini-
stratione Sacrae Vnctionis, sic disponuntur.

Cum

Cum Sacro Oleo vngentur Militares; vel ciues Deaurati; non ultra tres libras; cum Mercatores, & Notarii; vulgo, (de mitg estament) non ultra duas libras; cum Mechanici, non ultra viginti solidos: Agricultores primæ classis, vulgo (homens de posseffio) & pagos incolentes, qui illis pares iudicabuntur; non ultra triginta solidos; reliqui vero, ultra quindecim taxari non possint. Hoc etiam addito, licere quidem ab omnibus his interdū descendere: immo saepius id expedire; habita ratione bonorū, & qualitatis personarum: ascendere vero, nunquam. Quod iis tantum dictum volumos, qui ex administratione Sacramenti Vincionis, caritatem percipere solent.

OFFICIA DIVINA, deuotè persolvantur.

Si orem lingua; Spiritus meus orat; mēs autem mea sine fructu est. Quid ergo est? Orabo spiritu: Orabo, & mente: psallam spiritu; psallam & mente. Sané dolendum est, quam grauiter peccent ji, qui Di-

C

vinis

ACTIO

uinis addicti officijs, ita persolvunt ea negligenter; vt suo officio minime satisfaciāt. Et certe de eorum salute dubitandum est. Ut enim beneficiati fructus faciāt suos; officium ita persoluere debent; vt alteris vocibus Dei laudes sensim, placide, attente, & intelligenter cantent, ac pronūcien: ut ab alijs accipi possint, & percipi. Quapropter, vt huic pesti remedium applicemus, mandamus omnibus nostris Ecclesiasticis, per ea quā nobis sponderunt obediētiā, vt modeste choro assistat; silentio st̄ deāt; & grauiter composito corporis gestu, & habitu, assideant: sicque Diuinis vāsenī, vt nihil faciant ore, gestu, & mente, q̄d à Dei cultu distrahat. Hæc, in omnibus Diuinis persoluendis curabunt obseruari; præcipue verò cùm Septē Psalmi Pænitentiales, & Defunctorum nocturna recitabuntur: quæ, syncopando, voces deglutiēn' o, & intercepta oratione, solēt recitari. Quare omnes Præcentores hujus nostræ ditionis, Rectores, choro Praefectos, Hebdomadarios (quantum in nobis est) per viscera misericordiæ Domini Nostri Iesu Christi in Domino hortamur, vt hæc, pro virili parte omni

omni cura, & cogitatione emēdare conentur, & corrigere; proteruos, & contumaceos priuare; & si in cōtumacia perstiterint; incorrigibiles, ad nos deferre: qui in eos seueissime animaduertemus; vt sic, cultus Divinus (quod summopere exoptamus) in s̄ies augeatur.

IN VNCCTIONIBVS, EA- dem pulsetur campana:

VM Decreto vltimę Synodi stationes, statū sit; dum sacram infirmorum oleum ab Ecclesia abstrahitur; vt infirmi perungantur; eamdem campanam omnibus, cujusque conditionis extiterint; pulsandam: idem ad vnguem obseruasi p̄æcipimus, sub viginti solidorū pena, a Rectore, vel Curato persoluendorum. Campanæ pulsator, vt diuersorum hominum statibus, & conditionibus satisfacere possit; consuetudinem Majoris Ecclesie retinebit.

ACTIO
PARAENESIS AD IV-
ratos hujus Ciuitatis, & ad triu-
torum exactores: ne permittantur
Clericos à suis ministris n-
frāquitij exigeēdis cōtra-
melios tractari, vel
defraudari.

CLERICI beneficiati, & cui sa-
cris iniciati sunt; ab omniū suū re-
ctigalibus, tributis, p̄sēnti, u-
oneribus liberi jure esse debent. U-
omnes in Christo fratres, & Iuratos ius
Ciuitatis, & Regni, aliorumque locorum
Præfectos, ministros, & Collectores, u-
galium, quæ ex pane, vino, carne, pannis
colliguntur; in Domino hortauit, & ote-
secramus; ne personas Ecclesiasticas ius
immunitatibus, juribus, libertatibus, & ci-
ordinatione, & Canonicis Sāctionibus ed-
titutis, aliquo cupiditatis studio, seu incon-
sideratione, priuari, perturbari, ac molestar-
ris à suis ministris permittat. Immo pōcūs
ipii

ipſi ceteris exemplo ſint, ad pietatem, reli-
gionem, & reuerentiam, in Ecclesiæ obſe-
cūlum: religiosos in primis, auctoritateque
graues, primogenitores ſuos imitantes, &
grauiſſimorū virorū, integerrimorumque
ſequentes, qui ſua auctoritate, opi-
niis, & pietate, Eccleſiam auxerunt: & ab
Vomati moleſtiā, & vexatione vindicarunt

QVI CANERE NE-

*scierit; ad distributiones non
admittatur.*

riones. VONIAM cantus planus, ad
ea munera obeunda, quæ in Ec-
clesijs exequi oportet; eſt per-
rutilis & quām necessarius; &
ipſum in hac noſtra Dioceſi ita comperi-
ſitus neglectum; vt major Clericorū pars
illius ignara ſit, in magnam cultus Diuini
diminutionem: propterea, mandamus, &
præcipimus (de aſſensu Synodi) vt de ce-
tero, nullus ad distributiones admittatur;
qui prius Nos, vel noſtri, de illo rigidum
fecerimus examen: & ejus approbatio, in

ACTIO

scriptis firmiter munitis cōstet. Rector, vel
alius quiuis, qui sic non approbatum ad-
miserit; decem libris punietur. Nisi aliās te-
lis sit admittendus, qui ob insignem erudi-
tionem, frugi omnibus sit. Id autem, noīrō
judicio reseruatur.

*PAROCHI, PLEBEM
instituant, & Doctrinam Chri-
stianam voce materna
doceant.*

VEHEMENTER op̄tu-
omnes Parachos hujus dioecesis ius
visceribus habere scripta illa. Primo
Decreta Concilij Tridentini; alterum, Se-
ssionis. 5. cap. 2. alterum, Sessionis. 24. cap.
4. de Reformatione. Quibus in locis præ-
ceptum reliquit; Teneri omnes Paracho's, per
se ipsos; nisi legitimè impediti fuerint, diebus sal-
tem Dominicis, & Festis solemnibus, plebes sibi
commissas, pro sua, & eorum capacitate, pasce-
re salutaribus verbis; docendo, qua necessaria
sunt ad salutem; annunciandoque eis, cum bre-
uitate

uitate, & facilitate, sermonibus, vitia, à quibus eos declinare; & virtutes, quas sectari oportet; ut pænam æternam euadere, & cælestem gloriam consequi valeant. Quapropter, omnibus, & singulis mandamus, vt præfatis diebus, plebem sibi commissam sedulò instruant: ne, inscia, & veluti cæcutiens, qua via iteragendum sit, ignoret. Ut autem id commodius præstaré possint; eos in Domino hortamur, vt potius virtuti, quam quæstionibus inutilibus, & euitandis, studeant. Id commode fiet; si vtrumq; Testamentum, Catechismum Romanum, Sacrum Concilium Tridentinum, Constitutiones Synodales, Theologicam Angelici Doctoris Summam, assidue peruoluant: vt ea, quæ in curriculis suorum studiorum dicerint; firmiter memoria teneant. Eos autem monitos iterum, atq; iterum volumus; ne ea quæ docendo, & prædicando ædificant; incompositis moribus fædent, atque destruant: sed eos, saluberrimis fidei doctrinis, & sanctissimis vite monitis studeant assidue complere.

Singulis etiam Dominicis diebus, à die Sancti Lucæ Euangelistæ, usq; ad Quadra-

ACTIO

gesimam, recitatis vesperis, prima rudimenta fidei, pueros, & puellas doceant, distin-
cte, & lingua vernacula: & eos ad religio-
nem, pietatemque, erga Deum, & erga pa-
rentes obedientiam, moneant; ictu campa-
næ eos conuocantes. Vt autem major pue-
rorum, & puellarum conuentus fiat; mu-
nuscula, & præmia apponantur, instructio-
ribus eroganda: vt facilius eorum animi
alliciantur. Parochi verò, qui in hoc spiri-
tali, tamque necessario alimento suppe-
ditando negligentes fuerint; trium librarū
multa punientur.

NE CONCIO NOCTV *habeatur.*

CVM in Quadragesimali tempore
Conciones sacræ ad populum ha-
beri soleat noctu, vel instante ve-
pere; vnde sacrilega scandalæ accidunt, &
multæ in Deum offenditores committun-
tur: ideo hortamur in Domino, ne in no-
stræ Diœcesis Ecclesijs, tam, regularium,
quam secularium, haberi permittantur: sed
in

in aliud commodius tempus differatur.

MISSA MATVTINA;
(vulgo del Alba) & vndecima,
nunquam prætermittātur.

CONTINGIT sæpè, parum timoratos homines, iter suū aggressuros, diebus Dominicis, & Festiuis Rei sacræ nō interesse; maxime, Muliones, & qui annonis adsportandis expositi sunt; Rhedarios, Nautas, Pastores ruri degentes, & hujusmodi. Quem abusum pellere cipientes à Nostro Episcopatu (ita volente Synodo) præcipimus, vt in omnibus Ecclesijs, in quibus Sacerdotum fuerit copia; primo diluculo Missa celebretur: ad quā audiendam sonitu campanæ, hi conuocétur. Qui autem ei non aderunt; grauiter à nobis punientur: celebranti autem, sex numeri, ex patina eleemosynaria, à Rectorē elegenda, conferantur. Singulis quoque Dominicis diebus, & Festiuis, ultima Missa, in Altari Maiori, hora vndecima, finita con-

ACTIO

ventualis, Anniversarijsque absolutis celebetur. Hæ autem Misséfiant per orbein.

N E M I N I L I C E A T
*adire oratoria priuata, causace-
lebrandis nisi tres Sacerdotes
relinquantur, sacrum
facturi.*

nde syndicat. Anno 1693. fol.
AUDIVIMVS, in aliquibus nostrarę diöcesis Parochialibus, aliquos, neglecta matre, ad oratoria priuata se conferre. Quod de cætero, nemini liceat; nisi saltem tres relinquantur celebraturi. Qui huic Decreto inobedient; per duas hebdomadas continuas præuatus iudicetur. Et, si rumores concitauerit; verbaque contumeliosa effuderit; vel etiam turbas dederit, rixando, vociferando; moneatur Vicarius Generalis.

EVCHA

SECVNDA 22
*EVCHARISTIA, SEV
viaticum, noctu, vel horis pomeri-
dianis, nisi urgente necessi-
tate, non abstrahatur
ab Ecclesia.*

SALVTA RE Eucharistiae Sacra-
mentum, quanta veneratione colen-
dum sit; ex eo est intuendum, quòd
omnium Sacramentorum sit maximum,
vt potè quo humani generis Vindex Chri-
stus, diuitias suę bonitatis, & omnium bo-
norum affluentiam, in nos effuderit. Mo-
neant igitur Parochi suam plebem, ad hoc
ineffabile Sacramentum, accedendum esse
summa cum reuerentia, magna que animi
deuotione, cum tremore, munda consciencie
peccatis confessori detectis; dono absolu-
tionis consecuto; & non, cibo preassum-
to. Quare (cōsentiente Synodo) omnibus,
quibus animarum cura demadata est, pre-
cipimus; vt cùm viaticum ad ægrotos de-
laturi sint; curent vt jejunii existat. Quod si
non extiterint; in aliud tempus prorogent:
Nisi

ACTIO

Nisi, de eorum periculo dubitetur; nē ve
absque communione decedant. Quapropter
studeant Curati abusum illum abolere,
qui adeò nostris temporibus inualuit, cō-
municandi infirmos hora pomeridiana:
nisi à Medicis, de necessitate vrgente, per
literas certiores fiant. Foranei verò Curati,
quibus copia medicorum non est tam fa-
ciliς, in his euentibus ægrotos visant; & id,
quod cōgruentius videbitur; exequantur.
Omnes verò hac in re tanti momenti, cir-
cunspectos volumus esse: illud eloquium
Diui Augustini memoria versantes: *Placuit*
Spiritui Sancto, in honorem tanti Sacramenti,
prius in os Christiani Corpus Dominicū intrare,
quam ceteros cibos. Curatus, qui contra hoc
Decretum deliquerit; vna libra, pro vna-
quaque vice punietur. Caeuant etiam Cu-
rati, ne sacram Synaxim deferant ad ægrotu-
tum, causa adorationis tantum, & osculi.
Illam autem, octauo quoq; die feria quin-
ta, renouari in futurum intituimus. Paro-
chus, quoties renouare prætermiserit: binis
solidis in singulas vices inultabitur.

PRO

PRO MISERABILIBVS
*personis subleuandis ostiatim
 Eleemosyna petatur.*

SVBLEVANDA est miserabilium personarum egestas; earum maxime, quæ stipem colligere erubescunt. Vnde, hac nostra Constitutione exortatos esse volumus omnes nostræ Dicecesis viros, ut liberali, & magnifica manu, cum illis se gerant. Quod vt facilius exequi valeant; mandamus omnibus Curatis; & omnes Operarios ciuitatis, & Iuratos foraneos hortamur, quantum in nobis est; vt singulis Sabbatis, vel Dominicis diebus, ostiatim eleemosynam petant: eamque piè, & studiose, vñacum Rectore, veleius Vicario, distri buant.

ACTIO TERTIA.

VICARII

ACTIO
VICARII TEMPORA-
nei, Doctoratus vel Licēciatura
gradu insigniti, omnibus be-
neficiatis loco præcedant:
vno excepto anti-
quiore.

VIT Sāctarum doctrinarum studia,
propositis honorum præmiis ex-
citentur; præcipimus, & manda-
mus (ita approbante Synodo) ut omnes
Vicarij téporanei, qui Doctoratus gradu,
in Theologia, vel in Vtroque Iure, vel Licē-
ciatura, fuerint decorati; omnibus alijs be-
neficiatis præcedant, in præsentia Rectoris
(vno excepto antiquiore) absente vero
Rectori, illius locum occupent.

VICARII TEMPORA-
nei non beneficiati, ad distribu-
tiones admittantur, ut
substituti.

Cum

CVM deceat clericos , maxime
eos qui animarum curam regunt;
victui necessaria habere ; & boui
trituranti nefas sit, os alligare: mandamus
(de assensu Synodi) Vt vicarij temporanei,
ad eas distributiones admittantur, ad quas
presbyteri non beneficiati recepti fuerint.

IN GENERALISSIMIS
funeribus, aqua portio tributatur
fratribus, ac Clericis.

TY corporibus defunctorum human-
dis, ad quæ Ecclesia Cathedralis, & Pa-
rochiales, & omnes Religionum fra-
tres (vulgò funera Generalissima) conue-
niunt; quæ portio singulis Parochialium
Ecclesiarum clericis percipienda designa-
tur; eadem singulis fratribus funeri assi-
stentibus (ita decernente Synodo) tribua-
tur.

Si

ACTIO
SI MALICIOSE ELV-
dant Parochos, in jure sepultura
parochiani: taxatores id
componant, justa de-
putando.

Si contingat, parochianos, (vt dolose eludat curatos;) ita exigua, ac parui- ponderis funalia exhibere: aut, fuca- to artificio confecta, adferre: vel, perfricata fronte, nulla adducere: eorum dolo & uiia- re volentes, præcipimus (de continua Sy- nodi) duos presbyteros bonæ existimatio- nis eligi, qui, iureiurando adstricti, coram Rectore promittant; se, omni posthabito humano affectu, suo officio fideliter per- functuros; qui, tunc taxent, quod justum eis videbitur persoluendum: habita ratio- ne bonorum, & qualitatis personarum. In Parochijs verò, in quibus consuetum est, Parochos, preter funalia, que in die defun- ctionis adferuntur; alia emolumenta, (siue jure sepulturæ, siue alio nomine donetur) petere; ne posthac illud petatur, (ita appro- bante Synodo) decernimus.

Liber

LIBER CONFICIA-
tur, in quo legata pia describan-
tur: Et ea que intra tempus,
non admortizata fue-
rint; ad nos trans-
mittantur.

VT illi, qui Domino Nostro Regi,
 seu ejus Generali Procuratori, jus
 admortizandi non soluerint, quod
 ei debetur pro admortizatione piorum le-
 gatorum; redarguantur; & vt nostræ Ec-
 clesiæ utilitati consulatur; præcipimus om-
 nibus Rectoribus, Procuratoribus, vel illis
 ad quos pertinet; vt librum conficiant; in
 quo diligenter scribant pia legata. Et tem-
 pore à nobis præfinito, eorum adimplen-
 dorum elapso, singulorum nomina, qui
 negligentes fuerint, in admortizatione eo-
 rum; ad nos transmittant; seu ad nostrum
 Procuratorem piorum operum: vt de re-
 medio opportuno prouideamus.

D

NVN-

ACTIO
NVNCII CVRIAEC.
clesiastica,in Ecclesiis actus
judiciales non
exerceant.

NVNCII Curiæ Ecclesiasticæ, Sa-
cerdotes, beneficiatos , vel alios
quoscunque Sacris ordinibus ini-
tiatos,in Ecclesijs nō citent: nec,quam diu
in ea extiterint ; in judicium vocent: Nec
ibi eos capiant; nec ab ea, dum Sacre pera-
guntur functiones ; extrahant : Cùm hæc,
scandala generent; indecora censeantur:&
immunitatis Ecclæsiasticæ sint indigna.

NEMO AD DISTRIBU-
*tiones admittatur; qui non ostendit
sui beneficij institutionem,
collocationem; possessionem
annuos quereditus.*

Aequum

AEQVM est, vt vnuſquisq; in ſuo jure conſeruetur: & pijs teſtatorum volūtati bus pia obſequia perſoluātur. Cum itaque viderimus in noſtra Viſitatione, multas fundationes benefictorum non extare; & querimonias benefictorū audierimus, dicentium, ſe plus juſto grauari in magno Miſſarum numero perfoluen- do: & quotidianaſ in noſtra Curia excitariſ lites de jure patronatus: quæ omnia, ex ne- gligentia non aſſeruandi fundationes, & collationes dimanarunt: vt vni co Decreto tantis malis occurrere poſſimus; præcipi- mus, atque mādaſmus (ita volēte Synodo) vt nullus beneficiatus ad distributiones, neque ad beneficij emolumēta percipiendā admittatur; niſi prius ſui beneficij, ſeu Capellanię fundationem, preſentationem, collationem, poſſeſſione in annuoſque re- ditus, à majoribus acceptos, oſtendat. Quæ Omnia, in libro ad id compacto (quem cō- titui præcipimus) ſcribat Procurator, ſeu Archiuerius. Ita enim, temporum diurnita- te non obſoleſcent.

ACTIO
OMNI ALEGATA
pia denunciantur.



NON possumus nō admirari eorum ingratitudinem, qui cū parentibus in multā bonorum, & diuitiarum abundantia succedant; tantum abest ut eorum pia opera adimpleant; ut potius ea occultent; defraudent; & in illis artibus, fictisque rationibus, ea non adimplere conētur. Ne igitur hominibus auaris, & ingratis detur terguersandi locus; hac nostra Cōstitutione mandamus, sub pæna excōmunicationis, omnibus vtriusque sexus, cujuscumque gradus, & conditionis existentibus personis, tam Cōinunitatum Rectorib[us], quam Confraternitatū Administratorib[us]; vel quibuscūque hominibus, curā piorū operū exercentibus; quo quis nō mine nūcupentur; et quibuscūque priuatis vtriusque sexus, viris, ac mulieribus, qui h[ab]etens quæcumque legata pia soliti sunt soluere,

soluere, vel adimplere, vel quascūque pē-
 cunias, in eleemosynas erogare; vel ad ea
 sciunt se, vel alios teneri; vel suspicantur, vel
 aliquo stimulo consciētiæ punguntur; siue
 hæc faciant, ad collocādas puellas nuptui;
 siue, ad redimendos captiuos; siue ad pan-
 nos fuendos pro miserabilibus personis; ad
 triticum distribuendum vidiuis, orphanis,
 pauperibus, hospitalibus, & quibuscumque
 locis pijs; ad loidices, & pannos texendos,
 vel ad quascumque, vel qualescūque ob-
 uentiones panis, vini, olei, carnis, vel alias;
 vt, infra triginta dies, à die publicationis
 computandos, compareant ciuitatem ha-
 bitantes, coram nostro Auditore piorum
 operum; in parte foranea, coram Rectore,
 seu ejus Vicario) & ea omnia denuncient,
 declarent, & manifestent; prout declarari,
 denunciari, & manifestari desuper precep-
 tum est. Declarant, etiam, sub eadem pena,
 bona mobilia, immobilia, in, & super qui-
 bus hujusmodi omnia supra recensita im-
 posita sint; quibus personis, & quibus con-
 ditionibus sint danda, & diuidenda; & eo-
 rum nomina, genus, & familias, qui id præ-
 stare tenentur: vnde oriundi, & naturales.

ACTIO

Quæ omnia, Rectores foranei, ad nostrum
Auditorem, elapsis triginta diebus mittent;
vt de remedij salutaribus prouideamus.

UT PIÆ TESTATO-
rum voluntates adimpleantur,
multa præcipiuntur.

CONFICIENT Rectores; vel
illi, quorum interest; librum, ab
omnibus alijs distinctum, in quo,
dies, mensis, & annus, in quibus defuncti
moriuntur; scribantur: tum etiam, admini-
stratorum, & curatorum funeris nomina,
vulgò (Marmassors) distinctè adnotentur:
omnes etiam testamentorum clausulæ, pia
opera continentes; & legata, tam quæ ad
funus peragendum, quam quæ ad eleemo-
synas, Missas, vel ad quæuis pia opera per-
tinentia; quæ, perpetuo, vel ad tempus, in
pauperes, monasteria, vel confraternitates,
quacunque ratione, vel jure relinquuntur;
distribuenda, vel facienda demandantur.

Quæ omnia, vt studiosius fiant; præcipi-
mus

mus (ita annuente Synodo) ne de cetero
 præsbyteri cadauer comitentur, nisi prius
 in forma authentica expensis defuncti cō-
 fecte hujusmodi clausule recipiantur: elap-
 sisque tribus mensibus, nomina Defuncto-
 rum, Curatorumq; cū clausula, ad nostrum
 piorum operum Auditorem mittant; vñā
 cum die, mense, & anno defunctionis: ne
 multo tempore, piorum adimpletio distra-
 hatur. Elapso vero anno, si illi, ad quos spe-
 ctat; pias voluntates non adimpleuerint;
 eorum nomina, ad nostrum Auditorem
 piorum operum mittant. Quæ omnia, vt
 stabilita remaneant; renouamus, & in suo
 vigore relinquimus excommunicationem
 primæ Synodi dioecesanæ, quæ incipit: *Ex-*
comunicamus omnes bæredes, & piorum operū
executores: Et de verbo ad verbum obser-
 uari mandamus. Vesillonibus autem, sub
 duarum librarum pæna mandamus, ne ca-
 dauera, domo extrahant; quin prius præ-
 dictam clausulam autheticam receperint;
 eamque statim Rectori, seu Procuratori,
 tradat. Vbi autem vespiario siue funerarius,
 non extiterit; id Sacristæ exequantur.

ACTIO
CLERICI, NE MVLIE-
res comitentur.

CVM ad honestatem clericorum faciat: & ad officij dignitatē; eos ab omni famulatu alienos esse: prēcipimus (de assensu Synodi) omnibus clericis beneficiatis, Sacris insignitis; ne de cetero, siue noctu, siue die, mulieres, cujuscūq; gradus, vel præminentia exstant; comitentur. Qui hujus Statuti transgressor erit; præter alias pænas, nobis reseruatas, uno ducato pro vnaquaq; vice punietur. Hoc tamur autem in Domino omnes seculares, vt considerēt, quāta dignitate decorētur Ecclesiastici viri, Sacris insigniti. Inde enim fieri; eos non passuros, ab illis, in ipsorum obsequium talia fieri, quæ prorsus à deco-ro persone quam sustinent; sint aliena.

MISSAE TESTAMENTARIA, Procuratoribus tantummodo, & non alijs, tribuantur.

Vt

VT omnibus fraudibus obuiare pergamus; prohibemus omnibus laicis personis, ne Missas, testamento relictas, tribuant alijs, quam Procuratoribus Parochialium, seu regularium Ecclesiasticorum: quorum tantum chirographis, in redditione computorum fides habebitur: nec aliter pensi ratio a nostris admittetur. Presbyter autem, qui hujusmodi Missas, vel quæuis alia opera pia receperit; præter grauissimas pænas, quas de eo seuerissime repetemus; quinque libris punietur. Mandamus etiam, sub pæna excōmunicationis majoris, omnibus Sacerdotibus, tam beneficiatis, quam ad distributiones admissis; vt Missas votiuas (quomodo cumque ad eos peruerenterint) Procuratori, seu ei, ad quem pertinent; intra viginti quatuor horarum spatiū denūcient; & eleemosynam ipsam elargiantur: vt omnibus communicentur. Ne, dum vñus esurit; alius ebrius sit.

QVI DIVINIS CONSE-
*crati sunt; à negotijs secularibus
 abstineant.*

Haud

ACTIO

HA VD decet eos, qui Deo militat; negocijs sæcularibus se implicare. Quare, nulli ex nostro liceat Clero in posterū, corā Iudice sæculari, Procurato-
ris nomine, causas agere in judicio: nisi
causa sit Ecclesiastica: vel is, suorum conju-
ctorum necessitate cōpellatur. Idque, sine
expressa licentia nostra, non liceat. Rebel-
les verò, & inobedientes, quinque libris
punitur.

ALIQUORVM TEME- *ritas coērcetur.*

AD nostras peruenit aures; aliquos adeò indecenter, & tumultuariè rei sacrę operam dare; vt eorum temeritas coērcenda sit: illorum videlicet, qui, dū Sacerdoti celebranti assistunt; Subdiaconatus, vel Diaconatus officio fungētes; co relicto in Altari, dum sacra concio habetur; aliò se conferunt: vt sacrū faciant, vel alia præstent. **Quod, quia Nobis, & Syndico visum fuit sanē quā indecorū; ne fiat,** sub pæna viginti solidorum prohibemus.

Nec-

N E C E S S I T A T E T A N-
sum urgente, licitum sit, confes-
siones in domibus priuatis
audire: nunquam autem;
communicare.

VYT sacrilega scandalorum evitetur, pro-
 hibemus omnibus presbyteris, tā
 regularibus, quām seculiaribus, ne
 in priuatis domibus cōfessiones virorum,
 aut mulierum audiant; cujuscumque ordi-
 nis, & cōditionis sint: nisi ægritudinis cau-
 sa. Ita tamē caute, & religiose, vt cum mu-
 lierum accipiūt confessiones; ostium aper-
 tum sit, & patens: vt ab ijs, qui in locis vi-
 cinis existunt, conspici possint. In Oratorijs
 autem priuatis, nemini fas sit, Sacramētum
 Eucharistiæ administrare: nisi ita expedire
 Parocho videatur.

N E M O M E N S A M
Iusoriam domi babeat.

Om-

ACTIO

OMNIBVS, tam sacris iniciatis,
quam laicis, mandamus; ne domi
mensam lusoriam habeant , ad
quam ludendi gratia frequentes conueni-
re solent (vulgo , taulageria) sub pæna ex-
cōmunicationis latæ sententiæ. In quam
etiam cadent (ita annuente Synodo) oīn-
nes clerici, cuiuscumque gradus, & condi-
tionis sint; qui alea ludent, hoc est, à gresca,
o, carteta. Clerici verò, qui pila, vel quoquis
alio ludo, in plateis, viciis, locis publicis, vel
triuijs ludent; libris quinque, pro vnaqua-
que vice, puniētur. Rectores vero, in quo-
rū Parochialibus presbyteri, Sacris initia-
ti, vel beneficiati, sic luserint (vt supra di-
Etum est) si Nos, vel nostrum Vicarium
Generalem non fecerint certiores; libram
vnam persoluent.

NEMO AD ADMINI-
strationem Sacramentorum ad-
mittatur; nisi scriptam ad-
ferat licentiam.

Quo-

QVONIAM non omnes presbyteri, in Sacramentorum administratione periti sunt; precepimus omnibus, & singulis, hujus nostri Episcopatus Parochis, ne admittant aliquem ad Baptismi, vel Matrimonij administrationem; nisi ostendat licetiam, Nostro, vel nostri Vicarij Generalis nomine, ad hunc effectum signatam. **Cui**, sic approbato, assistet Rector, vel ejus Vicarius: in quorum presentia, & no aliter, **hec Sacra**menta administretur. Nulli vero, curam animarum gerenti, liceat in posterrum dare licetiam audiendi Missam nuptialem, vel puerperij, extra sua Ecclesiam. Parochus inobedies, pro prima vice, duabus libris; pro secunda, alijs paenit nobis reseruatis punietur. **Obstetrices** vero, quam puerum, ad aliam, quam ad Parochialem Ecclesiam, adferent; viginti solidos persoluent.

Quando

ACTIO
QVANDO CONFESSORES,
fores, vel Prædicatores, ad nostram
Diœcesim redeunt; a qua per in-
tegrum annum abfuerunt:
literas dimissorias ostē-
dāt: & iterum exa-
minentur.

CONTINGIT sepe, aliquos cō-
fessores, tum etiam Prædicatores, ex
nostra discedere Diœcesi; alibique
commorari: aliquando verò, huc & illuc
vagari. Quibus omnibus, tam seculari-
bus, quam Regulatibus mandamus; vt, si
per vnius anni spatium hinc abfuerint; cū
huc commeauerint, se coram Nobis, vel
nostro Vicario Generali presentent: literas
testimoniales, vel commendatitias adfe-
rant; & iterum examen subeant: cñm eo-
rum jurisdictione, in hoc casu (ita Nobis ordi-
nantibus) suspendatur.

Ad

AD DISTRIBUTIO-
nes admissi, in nostra visitatione;
ad aduentitia tantum ad-
mitti censeantur.

CVM magnus Sacerdotū numerus, qui sine beneficio promoti sunt, creuerit: nequè ex titulo patrimonij cōmode ali possint: coacti sumus in nostra Visitatione eos, ad distributiones admittere quotidianas. Nolumus autem aliquod præjudicium beneficiatis inferri. Quapropter, vt nostra mens omnibus cōperta fit; declaramus, non fuisse, neque esse nostræ mentis, vt hujuscemodi admissi, ad alia emolumēta recipiantur; quam ad obuentiones, & emolumenta aduentitia. Ad illa autem, quæ admortizata sunt; illos nō admittimus. Illi vero, qui ante nostram Visitationem admissi sunt; in illo modo, ad quem admissi erant conseruētur. Qui autē omnium suffragijs admittentur (cum beneplacito nostro) stent consuetudini ejus Ecclesiæ, ad quā recipiūtur. Nullus autē admittatur, sine licentia nostra in scriptis.

Aggra-

ACTIO
AGGRAVANTVR IN
eos pana, qui ante celebrationem
Matrimonij, osculis, et ta-
ctibus impudicis se
attrectauerint.

VM excommunicatione majori fe-
riatur Decreto quinto primæ Sy-
nodi Maioricentis omnes Sponsi,
& Sponsæ, qui postquam decontrahendo
Matrimonio fidem dederunt; ante legitimam
Matrimonij celebrationem, per verba
de præsenti, osculis, aut tactibus impudicis
se mutuo attrectauerint (cui etiam exco-
municationi subjacent, adjuuantes, suaden-
tes, directè, siue indirectè consentientes;
siue qui Sponsum, vel Sponsam ad hoc im-
pulerint; vel hortati fuerint; ut ibi videre
est) cumque vecors hominum genus, ne-
quaquam ab his malis deflectat; manda-
mus omnibus hujus Dioecesis personis in
virtute Sanctæ Obedientiæ, vt ab his se ab-
stineant, & auertant. Quod si, suæ salutis
animinores, in hoc tantum scelus incide-
rint;

zint; præter excōmunicationem, qua inno-
dabuntur; duorum ducatorum multam
persoluent.

MONITIONES TRI- nae Sacri Concilij Tridentini, ce- lebrando Matrimonio præponantur.

SACRI Concilij Tridentini Decreto
cautum est, vt Matrimonium con-
tracturi, ter à proprio Parocho, tri-
bus continuis diebus festiuis, in Ecclesia, in-
ter Missatum solemnia publicè denuncié-
tur. Quibus denunciationibus factis, si mul-
lum legitimū opponatur impedimentū;
ad celebrationem Matrimonij in facie Ec-
clesiae procedatur. Don Alphonsus Lasso
Cedeno bonę memoriam, Noster prædeces-
sor singulari pietate, & prudētia, hoc singu-
lere Decretum omnium applausu recepit:
ejus tamē obseruatio nescio quibus de cau-
fis, e Curia nostra sublata est. Nos igitur,
qui Ecclesiæ Sanctæ Romane filii sumus;

E

cui

ACTIO

cui parere in onibus animo prompto adsumus; Concilij Tridentini decretum, de reformatione Matrimonij, de verbo, ad verbum recipimus, amplectimur, veneramur, & reuerentia magnâque animi submissione suspicimus. Præcipimus itaque, & mandamus, omnibus hujus nostræ diœcesis Parochis, & Vniuersis, & singulis viris, & utriusque sexus personis, cujuscumque gradus, ac conditionis existant, sub pæna, quæ de jure fuerit; vt non aliter contrahendis Matrimonij assiftat; vel cōtrahant; quam, seruata in uiolabili ter forma præscripta à Sacro Concilio Tridentino; tribusque acclamationibus factis, tam in parochia viri, quam mulieris; nisi aliter, à nobis prouideatur. Parochi verò qui aliter quam dispositum est in Sacro Sancto Concilio; cōtrahentes conjunxerint; præter excommunicationem latæ sententiæ, quam in eos eo ipso ferimus; quinquaginta libris plententur.

Catus

CASVS ILLVSTRISSI-
mo D. Fratri Symoni Bauça
Episcopo Maioricensi
reseruati.

Rapibus Virginum.

Staterarum, mensuarum, monetarum adulteratio, & corruptio.

Homicidium voluntarium, aut per prodictionem factum, aut fauore, & consilio commissum.

Violatio immunitatis Ecclesiasticae.

Instrumentorum falsificatio.

Decimorum defraudatio.

Aborsus procuratio.

Congressus cum monali, vel cum infideli, vel cum filia spirituali.

Incestus cum sanguinea in primo vel secundo gradu.

Pecatum bestialitatis, vel sodomiæ.

Percussio parentum.

Incendiarij dolosi.

Blaspemia in Deum, vel Sanctos.

Notarij, siue alij, parti contrariae ante tempus scripturas ostendentes.

ACTIO

Dantes, vel procurantes testimonia falsa, vel negantes veritatem in Iudicio legitimo.

Sortilegi, vel incantatores.

*Notarij, qui pia legata occultauerint, vel non
denunciauerint.*

*Promotio ad Sacros Ordines, per falsos testes,
aut falsum patrimonium.*

LITERAE

LITERAE
PROCESSVS S. D. N.
PAVLI PAPAE V. LECTAE
Die Cœnæ Domini, Anno.
MDC.VIII.



Palmæ Balearium. Typis Gabrielis Guasp.
Anno M.DC.XI.

BVLLA
IN NOMINE SANTIS-
simæ, & indiuidue Trinitatis,
Patris, & Elij, & Spiritus
Sancti. Amen.

NOVERINT Vniuersib[us] hoc presens
publicū transumpiū inspecturi, quod
nos Petrus Paulus Crescentius Pro-
bonotarius Apostolicus, utriusque Signaturæ
S. D. N. Papæ Referendarius, ac Curiæ causa-
rū Cam. Apost. generalis Auditor, Romanæq;
Curiæ Iudex ordinarius, sententiarumque, &
censurarum in eadem Rom. Curia latarum, ac
quarumcumque ; Literarum Apostolicarum
uniuersalis executor ab eodem S. D. N. Papa
deputatus vidimus, & diligenter inspeximus
Literas Apost. S. D. N. P A V L I Diuina,
prouidentia Papæ V. hodie, qua fuit dies ferie
quintæ, & Cœnæ Domini, solemniter more solitu-
lectas, & publicatas, eiusque Bulla plumbea
cum cordula rubei, croceique colorum more
Romanæ Curiæ pendente, bullatas, & omni
suspitione carentes, subsequentis tenoris.

PAVLVS

P A V L V S E P I S C O P V S.
seruus seruorum D E I. Ad
futurā rei memoriam.

Excommunicātur, & anathematizantur.

IASTOR ALIS Romani Pōtificis vigilantia, & solicitudo, cūm in omni Christianę Reipublicæ pace, & trāquillitate procuranda, pro sui munera officio assidue versatur, tum potissimum in Catholicæ fidei sine qua impossibile est placere Deo, vnitate, atquæ integritate retinenda, & cōseruanda, in aximē elucet. Nimirum, vt fideles Christi non sint paruuli fluctuantes, neque circumferantur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, ad circunuentionem erroris: sed omnes occurant in vnitatem sidei, & agnitionis filij Dei in virum perfectum, neque se in hujus vitæ societate, & communione lædāt, aut inter se alteri alteri offenditionem præbeat: sed potius in vinculo charitatis coniuncti, tanquā vnius corporis mēbra sub Christo capite, eiusque

BVLLA

in terris Vicario Romano Pontifice Bea-
tissimi Petri successore, à quo totius Eccle-
siæ vñitas dimanat, augeantur in ædifica-
tionē: atque ita, Diuina gratia adiutrice, sic
præsentis vitæ quiete gaudeant, vt futura
quoque Beatitudine perfruantur. Ob quas
sanè causas Ro. Pontifices prædecessores
noſtri, hodierna die, quæ anniuersaria Do-
minica Coenæ cōmemoratione solemnis
est, ſpiritualem Ecclesiasticę disciplinæ gla-
dium, & ſalutaria iuſtitię arma per minife-
rium ſummi Apostolatus, ad Dei gloriam,
& animarum ſalutem ſolem niter exercere
confueuerunt. Nos igitur, quibus nihil op-
tabilius est, quam fidei inuiolatam integri-
tatem, publicam pacem, & iuſtitiam Deo
auctore tuéri, vetuſtum, & ſolemnem hūc
morem ſequentes.

*Heretici cuiuscumque ſectæ, eorumdem fau-
tores, libros legentes, tenentes, aut
imprimentes, & ſchismatici.*

I. ¶ Excommunicamus, & anathematiza-
mus, ex parte Dei omnipotentis, Patris, &
Filij, & Spiritus Sancti, Auctoritate quoq;
Ecclesiæ, quocūque Hussitas, Vuiclephitas,
Lutherans,

Lutheranos, Zuinglianos, Caluinistas, Hugonottos, Anabaptistas, Trinitarios, & à Christiana fide Apostatas: ac omnes, & singulos alios Hæreticos (quocumque nomine censeantur, & cujuscumque sectæ existant) ac eorum credentes, receptatores fautores, & generaliter, quoslibet illorum defensores, ac eorumdem libros, Hæresim continentes, vel de religione tractantes, sine auctoritate Nostra, & Sedis Apostolicæ, scienter legentes, aut retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes, ex qua uis causa, publicè, vel occulte, quo uis ingenuo, vel colore: necnon Schismaticos, & eos qui se à Nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahunt; vel recedunt.

Appellantes à Pont. ad futurum Concilium eorumque fautores.

2. ¶ Item excōmunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, cuiuscumque status, gradus seu conditionis fuerint: Universitates vero, Collegia, & Capitula quo cumque nomine nuncupentur, interdicimus, ab ordinationibus, seu mandatis, Nostris, ac Romanorum Pontificum pro tempore

BVLLA

pore existentium ad vniuersale futurum
Concilium appellantes, necnon eos, quo-
rum auxilio, vel fauore appellatum fuerit.

Piratæ atque eorum receptatores, & fautores.

3. ¶ Item excomunicamus, & anathema-
tizamus omnes Piratas, Cursarios, ac La-
trunculos maritimos, discurrentes mare
nostrum, præcipue à Monte Argentario,
vsque ad Tetracinam, ac omnes eorum
fautores, receptatores, & defensores.

*Naufragorum Christianorum cuiuscunque
generis bona etiam in littoribus in-
uenta surripientes.*

4. ¶ Item excomunicamus, & anathema-
tizamus omnes, & singulos, qui Christia-
norum quorumcumque nauibus tempe-
state, seu in transuersum (vt dici solet) ia-
Etatis, vel quoquomodo naufragiū passis,
siue in ipsis nauibus, siue ex eisdem eiecta
in mari, vel in littore inuenta, cuiuscunque
generis bona, tam in nostris Tyrrheni, &
Adriatici, quam in cæteris cuiuscunque maris
Regionibus littoribus surripuerint, ita vt
nec ob quodcumque priuilegium, confue-
tudinem, aut longissimi etiam immemora-
bilis temporis possessionem, seu aliū quē-
cumque

cumque prætextum excusari possint.

*Imponentes noua pedagia, & gabellas,
vel eas augentes.*

5. ¶ Item excomunicamus, & anathematisamus omnes, qui in Terris suis noua Pedagia, seu Gabellas, præterquam in casibus sibi à iure, seu ex speciali Sedis Apostolicæ licentia permisis, imponunt, vel augent, seu imponi, vel augeri prohibita exigunt.

*Falsific. lit. Ap. aut suppl. à quocumque auct.
bente signatas, falso fabric. Literas Ap.*

6. ¶ Item excomunicamus, & anathematisamus omnes falsarios literarum Apostolicarum, etiam in forma Breuis, ac Supplicationum, gratiam, vel iustitiam concer- nentium, per Romanum Pontificem, vel S. R. E. Vicecancellarium, seu gerentes vices eorum; aut de mandato ejusdem Rō. Pontificis signatarum, nec non falso fabri- cantes literas Apostolicas, etiam in forma Breuis, & etiam falso signantes Supplica- tiones hujusmodi sub nomine Romani Pontificis, seu Vicecancellarij, aut gerentiū vices prædictorum.

Deferen-

BULLA

Deferentes arma, & alia usui bellico idonea
ad Turcas, vel alios Christiani nominis
inimicos: & ad Reip. Christianæ
statum pertinentia, iisdem in
damnum Christianorum
nunciantes.

7. ¶ Item excōmunicamus, & anathema-
tizamus omnes illos, qui ad Saracenos,
Turcas, & alios Christiani nominis hostes,
& inimicos, vel Hēreticos, per nostras, siue
huius Sanctæ Sedis sententias expresse vel
nominatim declaratos, deferunt, seu trans-
mittunt equos, arma, ferrum, filum ferri,
stamnum, chalybem, omniaque alia me-
tallorum genera, atque bellica instrumen-
ta, lignamina, canapem, funes, tam ex ipso
canape, quam alia quacumque materia, &
ipsam materiā, aliaque hujusmodi, quibus
Christianos, & Catholicos impugnat, nec-
non illos, qui per se, vel alios de rebus sta-
tum Christianæ Reipub. concernentibus,
in Christianorum pernicieni, & dāmnum,
ipso Turcas, & Christianæ Religionis ini-
micos, nechon hēreticos, in dāmnum Ca-
tholicæ Religionis, certiores faciunt, illisq;
ad id auxilium, consilium, vel fauorem
quomo-

quomodo libet præstant. Non obstantibus quibuscumque priuilegijs, quibusuis personis, Principibus, Rebus publicis, per Nos, & Sedem prædictâ hactenus concessis, de huiusmodi prohibitione expressam mentionem non facientibus.

Impedientes eos, qui victualia, & alia necessaria Romam conuehunt.

8. ¶ Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impedientes, seu inuidentes eos, qui victualia, seu alia, ad usum Rō. Curiae necessaria adducunt: ac etiam eos, qui, ne ad Romanum. Curiam adducantur, vel afferantur, prohibent, impediunt, seu perturbant, seu hæc facientes defendunt, per se, vel alios, cuiuscumque fuerint ordinis, præminentiae conditionis, & status, etiam si Pontificali, seu Regali, aut alia quauis Ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate.

Ad Sedem Ap. venien. vel ab ea receden.

sua, aut aliorum opera ledentes,

& sine iurisdictione vexan.

iu Curia commoran.

9. ¶ Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sede Apostolicam

BVLLA

Stolicam venientes, & recedentes ab eadē, sua, vel aliorum opera interficiūt, mutilant, spoliant, capiunt, detinent, necnon illos omnes, qui iurisdictionem ordinariam, vel delegatam, à nobis, vel Nostris iudicibus non habentes, illam sibi temerē vendicantes, similia, contra morantes in eadem Curia, audent perpetrare.

Romipetas, ac peregr. etiam in Vrbe morantes, vel abeuntes ledentes.

¶ Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, seu deprendates Romipetas, seu Peregrinos ad Vrbem causa deuotionis, seu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipsa recedentes, & his dantes auxilium, consilium, vel fauorem.

Offendentes S.R.E.Card. & alios Prælatos.

¶ Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes. S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostolicae Legatos, vel Nuncios, aut eos à suis Dioce-

Dioecesibus, Territorijs, Terris, seu Dominijs ejcidentes: Necnon ea mandantes, vel rata habentes, seu præstantes in eis auxiliū, consilium, vel fauorem.

Ad Rom. Cur. pro negotijs suis recurrentes per se, vel per alios lœden.

12. ¶ Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, vel per alios, personas Ecclesiasticas quascumque, vel世俗的 ad Romanam Curiam super eorum causis, & negotijs recurrentes, ac illa in eadem Curia prosequentes, aut procurantes, negotiorumque gestores, aduocatos, procuratores, & agentes, seu etiam Auditores, vel Iudices super dictis causis, vel negotijs deputatos, occasione causarū, vel negotiorum hujusmodi, occidunt, seu quoquomodo percutiunt, bonis spoliant, seu qui per se, vel per alios directe, vel indirecte, delicta hujusmodi committere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxiliū, consilium, vel fauorem præstare non verentur, cuiuscumque præminentiaz, & dignitatis fuerint.

Appellates à grauamine, vel futura executione Literarum Apostolicarum ad laicā potestatem.

13. ¶ Item

BULLA

13. ¶ Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, tam Ecclesiasticos, quā seculares cuiuscumque dignitatis, qui prætexentes friuolam quādam appellationē à grauamine, vel futura executione Liter. Apost. etiam in forma Brevis, tam gratiam, quam iustitiam concernentium: Necnon Citationum, Inhibitionū, Sequestrorum, Monitoriorū, Processuum, Executorialiū, & aliorum Decretorum, à Nobis, & à Sede prædicta; seu Legatis, Nuncijs, Præsidentibus, Palatij nostri, & Cam. Apost. Auditoribus, Commissarijs, alijsque Iudicibus, et delegatis Apostolicis emanatorum, & quæ pro tépore emanauerint; aut alias ad Curias seculares, & laicam potestatem recurront, & ab ea, instantे etiam Fisci Procuratore, vel Aduocato, appellations hujusmodi admitti; ac literas, citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria, & alia prædicta, capi, & retineri faciunt, qui vē illa simpliciter, vel sine eorum beneplacito, & cōsensu, vel examine, executioni demandari, aut ne Tabelliones, & Notarij, super huiusmodi literarū, & processuum executione, instrumēta, vel acta cōficeret, aut confecta,

parti,

parti cuius interest, tradere debeant, impediunt, vel prohibent, ac etiam partes, seu eorum agentes, consanguineos, affines, familiares, notarios, executores, & subexecutores, literarum, citationum, monitoriorū, & aliorum prædictorum capiunt, percutiunt, vulnerant, cancerant, detinent, ex Circuitibus, Locis, & Regnis ejiciunt, bonis spoliant, perretrefaciunt, concutiunt, & cōminantur per se, vel alium, seu alios, publicē, vel occulte, qui vē alias quibuscumque personis, in genere, vel in specie, ne pro quibusuis eorum negocijs prosequendis, seu gratijs, vel literis impetrandi ad Rom. Cur. accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsas, vel literas à dicta Sede impen-
trent, seu impetratis vtantur, directe vel in-
directe prohibere, statuere, seu mandare, veleas apud se, aut Notarios, seu Tabellio-
nes, vel alias quomodolibet retinere pre-
sumunt.

b) *Executionem Literarum Apost. aut aliarū
expeditionem impedientes, & prohibentes
ad gratias impetrān. acceden.*

14. ¶ Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui per se,
F vel

B V L L A

vel alios, auctoritate propria, ac de facto,
quarucūque exemptionū, vel aliarū gratiarū
& literarū Apostolicarū prætextu, beneficia
les, et decimarū, ac alias causas spirituales, et
spiritualibus annexas, ab Auditoribus, &
Commissarijs nostris, alijsque Iudicibus Ec
clesiaſticis auocant, illarumq; cursum, &
audientiam, ac personas, Capitula, Cōuen-
tus, Collegia, causas ipsas prosequi volen-
tes impediunt, ac se, de illarum cognitione,
tanquam Judices interponunt; Qui uē par-
tes actrices, quæ illas committi fecerunt,
& faciunt, ad reuocanduin, & reuocari fa-
ciendum, citationes, vel inhibitiones, aut
alias literas in eis decretas, & ad faciédum,
vel consentienduin, eos, contra quos tales
inhibitiones emanarunt, à censuris, & pœ-
nis in illis contentis absolui, per Statutum,
vel alias, compellunt, vel executionem li-
terarum Apostolicarum, seu executorialiū,
Processuum, ac Décretorū prædictorum,
quomodolibet impediunt, vel suum ad id
fauorem, consilium, aut assensum præstāt,
etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel
aliarum prætensionum, seu etiam donec
ipsi ad Nos informandos, vt dicunt, sup-
plicau-

plicauerint, aut supplicari fecerint, nisi supplicationes huiusmodi coram Nobis, & Sede Apostolica legitime prosequantur, etiam si talia cōmitente fuerint Præsidentes Cācellariarum, Consiliorum, Parlamētorum, Cancellarij, Vicecancellarij, Consiliarij, Ordinarij, vel extraordinarij quorumcumque Principum secularium, etiam si Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacūque præfulgeant dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Commendatarij, seu Vicarij fuerint.

Judices Seculares, qui Ecclesiast. personas trahunt ad sua Tribunalia, qui que Ecclesiast. libertatem tollunt, aut in aliquo perturbant.

¶ Quiue ex eorum prætenso officio, vel ad instantiam partis, aut aliorum quorumcumque personas Ecclesiasticas, Capitula, Cōuentus, Collegia Ecclesiarum quatumcumque coram se ad suum tribunal, Audientiam, Cancellariam, Concilium, vel Parliamentum, præter Iuris Canonici dispositionem, trahunt; vel trahi faciunt, vel procurant, directe, vel indirecte, quovis quæsto colore: necnō, qui Statuta, ordina-

BVLLA

tiones, Constitutiones, Pragmaticas, seu
quævis alia Decreta in genere, vel in specie,
ex quauis causa, & quo quis quæsito colore,
ac etiam prætextu cuiusuis consuetudinis,
aut priuilegij, vel alijs quomodolibet fe-
cerint, ordinauerint, & publicauerint, vel
factis, & ordinatis vñsi fuerint, vnde libertas
Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur,
vel deprimitur, aut alijs quo quis modo re-
stringitur, seu Nostris, & dictæ Sedis, ac qua-
rumcumque Ecclesiarum iuribus quomo-
dolibet, directe, vel indirecte, tacite, vel ex-
presse præiudicatur.

*Imped. Præl. ne sua iurisd. vtantur, qui que
illorum, & deleg. iudicia eludentes, ad
Cur. secul. recur. aut contra illos
descernunt, præstantesque
auxilium.*

16. ¶ Necnon qui Archiepiscopos, aliosq;
superiores, & inferiores Prelatos, & omnes
alios quoscumque Iudices Ecclesiasticos
Ordinarios, quomodolibet hac de causa
directe, vel indirecte, carcerando, vel mo-
lestando, eorum agentes, procuratores, fa-
miliares, necnon consanguineos, & affines
impediunt, quo minus sua iurisdictione
Eccle-

Ecclesiastica contra quoscumque vtantur, secundum quod Canones, & sacræ Constitutiones Ecclesiastice, & Decreta Conciliorum generalium, & præsertim Tridentini, statuunt; ac etiam eos, qui post ipsorum Ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum quorūcumque Sentētias, & Decreta, aut aliás, fori Ecclesiastici iudicium eludentes, ad Cancellarias, & alias Curias seculares recurrunt, & ab illis prohibitiones & mandata, etiam poenalia, Ordinarijs, aut delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant, eos quoque qui hæc decernunt, & exequuntur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & fauorem in eisdem.

Vsurpantes Sedis Apost. & quarumcumque Eccles. iurisdictiones; vel etiam fructus sequestrantes.

17. ¶ Quiue iurisdictiones, seu fructus, redditus, & prouentūs, ad Nos, & Sedem Apostolicam, & quascumque Ecclesiasticas personas, ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes usurpant, vel etiam quauis occasione, vel causa, sine Ro-

BVLLA

mani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expressa licentia sequestrant.

Imponentes decimas, & alia onera personis Ecclesiast. Ecclesiis, Monasterijs, aut eorum fructibus.

¶ Quiue collectas, decimas, talleas, praestantias, & alia onera, clericis, Prælatis, & alijs personis Ecclesiast. ac eorum, & Ecclesiarum Monast. & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & prouétibus hujusmodi, absque simili Rom. Pont. speciali, & expressa licentia, imponunt, & diuersis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposita, etiam à sponte dantibus, & concedentibus, recipiunt. Necnon, qui per se, vel alios directe, vel indirecte prædicta facere, execui, vel procurare, aut in eisdem auxilium, cōsilium, vel fauorem prestare non verentur, cuiuscumque sint præminentiae, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, & alij Potenatus quicunque, etiam Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, & Terris quoquomodo

modo Præsidentes, Consiliarij, & Senatores, aut quouis etiam Pontificali dignitate insigniti. Innouantes decreta super his per sacros Canones, tam in Lateranensi nouissime celebrato, quam alijs Concilijs generalibus edita, & cum censuris, & poenitentiis in eis contentis.

Judices seculares, qui se interponunt in causis capitalibus, seu criminalibus contra Ecclesiast. personas.

19. ¶ Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoicumque Magistratus, & Iudices, Notarios, Scribas, Executores, Subexecutores quomodolibet se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas Ecclesiasticas, illas processando, banniendo, capiendo, seu Sententias contra illas proferendo, vel exequedo, sine speciali, specifica, & expressa huius Sanctæ Sedis Apostolicæ licentia. Quique eiusmodi licetiam, ad personas, & casus non expressos extendunt: vel alias illa perperam abutuntur: etiam si talia committentes fuerint Consiliarij, Senatores, Præsidentes, Cancellarij, Vicecancellarij, aut quouis alio nomine nuncupati.

BVLLA

*Occupantes bona , aut terras Ecclesiæ Romanæ
& illius iurisdictionem usurpantes.*

20. ¶ Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, seu alios directe, vel indirecte sub quocumque titulo, vel colore inuadere, destruere, occupare, & detinere præsumserint, in totum, vel in partem, Almam Vrbem, Regnum Siciliæ, Insulas Sardiniæ, & Corsicæ, Terras citra Pharum, Patrimonium Beati Petri in Tuscia, Ducarum Spoletañ. Comitatum Venavfinum, Sabineñ, Marchiæ Anconitanæ, Massæ Trebariæ, Roinandioliæ, Campaniæ, & maritimas Prouincias, illarūque Terras, & loca, ac Terras specialis commissiōnis Alnulforum, Ciuitatesque nostras Bononiā, Cælanam, Ariminum, Beneuetum, Perusium, Auinionem, Ciuitatem Castelli, Tudertum, Ferrariā, Comaclum, & alias Ciuitates, Terras, & loca, vel iura ad ipsam Romanam Ecclesiam pertinen-
tia, dictæque Rom. Eccl. mediate, vel im-
mediate subiecta, necnon supremam iuris-
dictionem in ihs, Nobis, & eidē Romanæ
Ecclesiæ competentem, de facto usurpare,
perturbare, retinere, & vexare varijs modis
præsu-

præsumunt, necnon adhærentes, fautores,
& defensores eorum, seu illis auxilium, cō-
siliū, vel fauorē quomodolibet præstātes.

Absolutio soli Pontifici reseruatnr.

Volentes, præsentes nostros Processus, ac
omnia, & quæcumque his Literis cōtentā,
quousque alij hujusmodi Processus, à No-
bis aut Romano Pontifice pro tempore
existente fiant, aut publicentur, durare,
suosque effectus omnino fortiri.

Absoluere præsumentes excommunicantur.

Cæterum, à prædictis Sententijs nullus
per alium, quam per Romanum Pontifi-
cem, nisi in mortis articulo constitutus,
nec etiam tūc, nisi de stando Ecclesiæ mā-
datis, & satisfaciendo cautione præstita, ab-
solui possit, etiam prætextu quarumuis fa-
cultatum, & Indultorum quibuscumque
personis Ecclesiasticis, secularibus, & quo-
rumuis Ordinum, etiam Mendicantium,
ac Militiarum regularibus, etiam Episco-
pali, vel alia maiori Dignitate præditis, ip-
sisque Ordinibus, & eorum Monasterijs,
Conuentibus, & Domibus, ac Capitulis,
Collegijs, Confraternitatibus, Congrega-
tionibus, Hospitalibus, et locis pijs, necnon
laicis

BVLLA

laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mun-
dana Excellentia fulgentibus, per Nos, &
dictam Sedem, ac cuiusuis Concilij Decre-
ta, verbo, literis, aut alia quacumque scri-
ptura, in genere, & in specie concessorum,
& innouatorum, ac concedendorum, &
innouandorum.

Quod si forte aliqui cōtra tenorem pre-
sentium, talibus excommunicatione, & ana-
theme laqueatis, vel eorum alicui, absolu-
tionis beneficium impendere de facto
præsumferint ; eos excommunicationis
Sententia innodamus: grauius contra eos,
spiritualiter, & temporaliter, prout expedi-
re nouerimus, processuri.

*Papæ absolution non comprehendit eos, qui à
præmissis non desisterint.*

Declarantes, ac protestantes quamcum-
que absolutionem, etiam solemniter per
Nos faciendam, prædictos excommunica-
tos sub præsentibus cōprehensos, nisi prius
à præmissis, cum vero proposito vterius
similia non committendi, desisterint. Ac
quoad eos, qui contra Ecclesiasticam li-
bertatem, vt præmittitur, Statuta fecerint:
nisi prius Statuta, ordinationes cōstituio-
nes

nes, pragmaticas, & decreta huiusmodi publice reuocauerint, & ex Archiujs, seu Capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri & cassari, ac Nos de reuocatione huiusmodi certiores fecerint; eos non comprehēdere, nec eis aliter suffragari. Quin etiam per hujusmodi absolutionem, aut quo scumque alios actus contrarios, tacitos, vel expressos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam nostram, vel Successorum nostrorum, quantocumque tempore continuatam, in præmissis omnibus & singulis, ac quibuscumque iuribus Sedis Apostolicæ, ac S. R. E. vnde cunque, & quandocumque quæsitis, vel quærendis, nullatenus præiudicari posse, aut debere.

Non obstantibus priuilegijs, indulgentijs, & literis Apostolicis, generalibus, vel specialibus, supradictis, veleorum alicui, seu aliquibus alijs cuiuscumque ordinis, status, vel conditionis, dignitatis, & præminentiaæ fuerint, etiamsi ut premititur Pontificali, Imperiali, Regali, seu quavis Ecclesiastica, & mundana præfulgeant dignitate; veleorum Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus

BULLA

uitatibus, seu locis à prædicta Sede, ex
quauis causa, etiam per viam contractus,
aut remunerationis, & sub quauis alia for-
ma, & tenore, accum quibusuis clausulis,
etiam derogatoriarum derogatorijs con-
cessis, etiam continentibus ut excommu-
nicari, anathematizari, vel interdici non
possint, per literas Apostolicas, non facien-
tes plenam, & expressam, ac de verbo ad
verbum de indulto huiusmodi, ac de ordi-
nibus, locis, nominibus proprijs, cogno-
minibus, & dignitatibus eorum, mentionē,
neconon consuetudinibus etiam immemo-
rabilibus, ac præscriptionibus quantumcū-
que longissimis, & alijs quibuslibet obser-
uantijis, scriptis, vel non scriptis, per quæ
cōtra hos nostros Processus, ac Sententias
quo minus includantur in eis, se iuuare va-
leant, vel tueri.

Quæ omnia quo ad hoc, et eorū omniū
tenores, ac si ad verbū, nihilo penitus omis-
so, infererentur, præsentibus pro expressis
habentes, penitus tollimus, & omnino re-
uocamus, cæterisque contrarijs quibus-
cumque.

Vt verò præsentes nostri Processus ad
publicam

publicam omnium notitiā facilius dedūcantur, chartas, seu membranas, Processus ipsos continentēs, valuis Ecclesiæ S. Io. Lateran. & Balicæ Principis Apost. de Vrbe appédi faciemus, vt ij, quos Processus hujusmodi concernunt, quod ad ipsos non peruererint, aut quōd ipsos ignorauerint, nullam possint excusationem prætendere, aut ignorantiam allegare: cum non sit verisimile, id remanere incognitum, quod tām patēter omnibus publicatur. Insuper, vt processus ipsi, & Præsentes Litere, ac omnia & singula in eis contenta, eō fiant notiora, quōd in plerisque Ciuitatibus, & locis fuerint publicata; vniuersis, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinarijs, & Prælatis vilibet constitutis, per hæc scripta cōmittimus, & in virtute Sanctæ Obedientiæ districte præcipiendo mādamus, vt per se, vel alium, seu alios, præsentes literas, postquam eas receperint, seu earum habuerint notitiam, semel in anno, aut si expedire viderint, etiam pluriēs, in Ecclesijs suis, dum in eis maior populi multitudo ad Diuinę conuenerit, solemniter publicent, & ad Christi

BULLA

Christi fidelium mentes reducat, nuncient,
& declarant.

*Quicumque audiunt confessiones; apud se has
Literas habeant.*

Cæterū, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, alijqué locorum Ordinarij & Ecclesiastarum Prælati, necnō Rectores, ceterique curam animarum exercétes, ac præsbyteri seculares, & quorumvis Ordinum regulares, ad audiendas peccatorum confessiones, quauis auctoritate deputati, transsumtum præsentium Literarum penes se habent, easque diligenter legere, & percipere studcant. Volentes, earumdem præsentium transumtis, etiam impressis, Notarij publici manu subscriptis, & sigillo Iudicis ordinarij Romanæ Curiæ, vel alterius personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eamdē prorsus fidem in Iudicio, & extra illud ubique locorum adhibendā fore, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti, innouationis, innodationis, declarationis, protestationis, sublationis,

nis, reuocationis, commissionis, mādati, & voluntatis, infringere, vele ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare p̄sumferit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorū eius, se nouerit incursum. Dat. Romæ. apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexentesimo octauo. Tertio Non. Aprilis, Pontificatus Nostri Anno tertio. L. PRODAT.
 Scipio Cobellutius. S. de Vrſinis.
 Registrata apud Scipionem Secretarium.

Anno à Natiuitate D. N. Iesu Christi 1608. Indictione 6. die vero 3. meñ. Aprilis, Pontif. Sanctiss. in Christo Patris, & D.N.D Pauli Diuina prouidentia Papæ V. Anno eius tertio, supradictæ literæ. Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valuas Basilicæ Lateraneñ, ac Balicæ Principis Apostolorum de Vrbe, dimissis ibideinque appēsis erarumdemmet literarum originalibus per aliquod temporis spatium, per nos Paulum Bartocchium Narnieñ. & Christoph. Fundatum de Cæfis Apost. Curs. Balthasar Vacca Mag. Curs.
loco † plumbi.

QVIBVS quidem literis diligenter inspe&tis,
 illas ad requisitionem & instantiam Mag. D.
 Prosperi Farinacij S.D.N. Papæ, & Cā. Apost.
 Proc. Fiscalis, per nostrum, & dictæ Curiæ
 Not.

B VI LA

Not. publicum infrascriptum transumi, & exemplari,
ac in hanc publicam transumti formam redigi man-
dauiimus: decernentes, & volentes, vt huius præsentis
transumto, iuxta earundem literarum, & decreti in
eis appositi formam, continentiam, & tenorem, de
cætero, plena, & indubitata fides adhibetur ubique
locorum, ac si ipsæ literæ originales exhibitæ, vel ostend-
sæ forent. Quibus omnibus, & singulis auctoritatibus
nostram ordinariam, ac decretum interposuimus, &
interponimus per præsentes. In quorum fidem præ-
sentes literas, atque præsens publicum Instrumentum
transumti exinde fieri, & per dictum nostrum, &
Curiæ nostræ Not. Infrascriptum subscribi, & publi-
cari mandauimus, nostrique soliti sigilli impressione
muniri iussimus, & fecimus. Dat Romæ in ædibus no-
stris, Anno à Natiuitate D. N. Iesu Christi 1511. In-
dictione 6. die verò 3. mē. April. Pontific. aut. J. D. N.
Pauli diuina prouidentia Papæ V. Anno eius in tertio.
Præsentibus ibidem DD. Iulio Pennazzolo Piuernate
& Iulio Oliuello Spoletā. dioec. d. Curiæ nostræ Not.
testibus ad præmissa omnia, & singula vocatis, habitis
atque rogatis.

Octavius Cellius Cur. Caut. C. A. Not. &
Mens. P. Auditor.

Palmæ Balearium Ex Typographia
Gabrielis Guasp. Anno.

1611.

